monis ⁊ similia: moꝛo tñ in ptisicis ptelaſ plerumq; diutius ita ut quádaꝫ viderit. Aſ. in ptisi circa. 23. annos aut parũ ápliꝰ viriſſe. Raro tñ ⁊ a caſu. q. ptacto collꝫ. approximãs dicto póſt ptisis curari ⁊ preci pue cũ nó cronicauerit neq; accidentia terroꝛé appa ruerint inſerétia: ſit etiá a ſolutione ſingularis ⁊ vlce re nõ ſanioſo ſuperius magis circa cannã pulmónis cadente: uel ét fortaſſis in additamento maioꝛi dicto vene maioꝛiſ ut culcidra uel q̃ nó a pulmone: ſꝫ a pe ctoꝛe magis. ná ſolutio cõtinuitatis pectoꝛis cũ mioꝛi difficultate ſanaſ ea que pulmónis de cauſis q̃ſplu rimis. Una qdeꝫ q; paucitas exiſtit inſtroꝛ pectoꝛis ⁊ multitudo eoꝛ que pulmónis. Alia q; vene pectoꝛis minoꝛes ⁊ arꝛgustioꝛes ſunt his que pulmonis ita ut nó: adeo. n. accidat ut pulmoni grandis imparis ſo lutio. Reliqua quia ſanies vlcerationis pectoꝛiſ ad ipſius cófluit concauitaté: nó aút ſic q̃ pulmonis cũ in eo ſint cánales anguſti. Quarta q; pectus pulmo ne carnoſioꝛ ſangniniſq; groſſi pulmo plurimas cá naliú diuiſiones habet quoꝛ ſuba nó eſt carnoſa: ſꝫ q. neruoſa ſanguinis cholerici ſubtilis cõtentiua. ex huiói. n. ponit fieri ⁊ nutriri de uuamétis ſexto: que aút carnoſa meliuſ conſolidaſ ut pars carnea dyaphꝛatis denotat ſoluta. Quita eſt modus pulmónis cõtinuioꝛ ⁊ fortioꝛ eo qõ pectoꝛis. Addaſ etiá ſexto imenſioꝛ materierú debilitas in tranſitu ad pulmo nem peruenièdo. Ptiſiſ etiá eueniés ex ſolutione cõ tinui circa tracheã artariá ad pulmoné nõ eſt adeo difficilis aut ipoſſibilis curationis ut q̃ contingit a pulmonis ſuba purioꝛi. Cũ huiói cánales ſint ſoli di recipiétes ꝓſolidationé magis. vñ Ga. Vnlera q̃ ſũt in cánalibꝰ pulmonis interioꝛis videꝫ pellicula: ⁊ maxie in ea q̃ viana é gutturi ut í gutture poſſibile ſit ut cureſ: multos. n. huiói hñtes curauimꝰ ⁊ ſanita ti reſtituti ſunt. Quid autẽ huiói ptiſis poſſit curari dũmodo mediꝰ nó fuerit negligẽs imperitꝰ cũ aliiſ q̃ expetunt tribus experiétia plurú conclamat iam ptacta. Ipa quoq; ſanaui ⁊ quoſdũ curatos vidi ⁊ maxie pueros ⁊ mulieres: qõ ⁊ ró ſimiliter affirmat quoniá cum leſio fuerit parua ⁊ cauſe remediantes maxime poterit vtiq; illa curari. ſic autem euenit in huiói ptiſi cũ minoꝛ ſit altera ꝓditionata nocuméto aer etiá alteráꝫ maxime ſiccus póſt reperiri ⁊ ꝓprie tpe peſtilentie alicuiꝰ exſiccáꝫ ⁊ purgans ſanieꝫ pul monis aut pectoꝛis ceu q̃ Ptabuij dña. 107. Neq; ét ꝓinducta in ptiſi prava conſolidationis impedimẽ ta hic adeo ſũt imenſa ut eá ꝓhibeant oꝛo. Sic itaq; raro ⁊ í caſu fere ptiſis poterit q̃dã curari. Et noſce fortaſſis eé mediciná nob tñ occultá oém curare ſe repoſſibilé ptiſim: uñ illud Hermetis: Mineralibꝰ ⁊ vegetabilibus inſunt virtutes mirande q̃ ſi cogno ſceréſ eis homies operarenſ quicqd arte magica cõ ficiſ. talia tamẽ magis brutis q̃ nobis ſunt cognita vnde ꝛoar: Sunt medicine vlcerationis pulmonis ⁊ eius infirmitatú exiſtẽtes in mũdo: ignoꝛate tamẽ a nobis: quoniá quádo accident in pulmonibꝰ ouiú vlcera exeunt a cómunitate gregis. q. querentes ali quid ⁊ circũeũtes ad inueniendũ illud: ⁊ dixerũt no bis paſtoꝛes q̃ comedũt ille oues herbas quibꝰ co meſtis moꝛ reuniſcũt ⁊ perfecte ſanaſ a ſuis vlceri bus. Et ego inquit vidi pulmones ouiú in qbus in ceperat iá fieri veſtigiú ſolutionis continuitatiſ ⁊ ap parebat in ipſis in aliqua parte. In alia vero parte ópus apparebat ſanationis in conſolidatione car nis pulmonis manifeſte. nũc aút nó eſt q̃ ſciat illam herbam: nec credo ante nos qui ſciuerit illam fuiſſe. Propter quartú vò ⁊ ſigdé iá appareat dicẽdũ tñ ⁊ ad primũ q̃ Ar. p ptiſim intellexrit coꝛpis conſũptionẽ in cõi: aut preparationẽ ſimileꝫ ptiſi. Ad ſe cundũ dicendũ q̃ Aveſue loquiſ de ptiſi ſecũdo mo do dicta que raro ⁊ caſu. q. curaſ: lꝫ plureſ fiant que inde tpis diuturnitate curenſ. ipſe náq; met ptioꝛeꝫ ut oſtenſũ afferit ptiſim ſanationis impoſſibilis fo re. Ad aliud dicendũ q̃ Ga. ut viſum loquiſ de illiſ in quibus erat vlceratio ſuperius circa cánales tra chee artarie pelliculas ide ſpuẽtes: ſimilit dicit hos ſenatos ex ſiccitate peſtilẽtis aeris ⁊ huiói ſimiliter ptiſim dicaꝫ ꝛoar ⁊. Aſ. vidiſſe ut cõceſſũ curatá. ptio rẽ aút ut oñſum nequaq̃ꝫ. Ad aliud dicendũ q̃ quá tũ eſt róne ſaniei dũmodo laudabilis extiterit non i pedik cura: ſed ꝓpter inducta q̃ conſequũtur accidẽ tia ad ſaniem in tali parte iacentẽ. Ad aliud dicẽdũ q̃ illud euenit ex parte ut móſtratũ talis membri mo tus etiam impedit conſolidationẽ: lꝫ náq; ꝓhibeat putrefactionẽ faciendo tráſpirationẽ: per accideſ tñ ſequik illã augmentare materiá ad locũ deducendo dolorem ⁊ vlcus letificando: ⁊ quamuis artarie aut diaphlegma mote conſolident non tñ omneſ ſꝫ par ue ⁊ in pueris: neq; diaphlegma vbiq;: ſed in pte ut tactũ carnoſa: non aút in neruoſa. ſimliter viſum eſt quomodo medicine ⁊ modus eoꝛ applicationis pti ſis ipediũt curationẽ cũ fuerit q̃ꝫ prava. Ad aliud di cendũ ſanguiné ꝓter naturá in ventrẽ ſeu concaui tateꝫ effuſũ putrefieri dum ibidẽ ꝑmanſerit. Si aút reducaſ citiſſime cõputreſcit mime. Ad eoꝛ que alte rius partis primũ dicenduꝫ q̃ Ga. Serapio ⁊ ꝛoar ſermocinanſ de ptiſi deterioꝛi que impoſſibilis cura tionis eſt poſita: ⁊ ad reliqua ſimliter eſt dicendũ.

Occaſione illius q̃ tactũ eſt de cauſis ptiſis dubitaſ an ptiſis poſſit fieri a ſiccitate: ⁊ vi deſ qdé ita p aphoꝛiſmoꝛ tertiá: In aridi tatib⁹ ptiſis obtalmie ⁊c. Adhuc ptiſis fit ab humiditate q̃ ibidé ex cómento apparet: quod ⁊ catarrus oñdit. Rurſus pulmoui moꝛbꝰ ois cõple xionalis ſicut ceteris accidit partibꝰ: quoꝛ vnus eſt ſiccitas. Et firmaſ q; exſiccando continuũ ſoluit ut terra denotat exſiccatione crepata: ⁊ ideo primo ſe cunda ſcribik dolorem per accidens ut ſoluendo cõ tinuũ cauſare. Eti: Illud cauſat ptiſim qõ ipi prauũ contrariũ multũ: talis quidé eſt ſiccitas quod oſten dit Autũnus ptiſicis malus detegẽs occultũ eé ipo rũ: aphoꝛiſmoꝛ tertia: ⁊ ꝓmo ſecũda. Siccus át au tũnus q̃ſmagne: cãt igik ſiccitaſ ptiſim. In oppo ſitum Ga. aphoꝛiſmoꝛ ut videbik tertia. Ampliuſ ptiſis cauſis ſufficienter enumeratis non poſita fuit ſiccitas ⁊ firmaſ: q; ſiccitas catarrũ ſiccando ⁊ cõſu mẽdo ſiſtit: verũ ⁊ vniverſaliter parté indurat ⁊ foꝛ tificat ne ſan. inde labaſ q̃ ptiſis ſunt cauſe: non igik a ſiccitate cauſaſ. Propter ꝓmũ qdé ſciendũ qd ptiſis viſum ⁊ qualiter diſtinguatur viſum. ſiccitas etiam nota differentia tertai. Propter ſecundũ vò ſciendum q̃ Ga. deteſtaſ ſermonẽ hũc Hipocra ticũ inquiens ptiſim fieri a frigiditate ſũma in reſpi ratiuis organis ⁊ maxime ſubdo cum motus poſtea ſequaſ fortiꝰ: ⁊ a caliditate ⁊ frigiditate: ſed ſiccitas tempatis entibꝰ caliditate ⁊ frigiditate: elique ma

gis egritudinū cōsequant q̄ȝ ptises. Aut ptises in qs ut exposuerūt aliqui non est ꝓpie seorsū accipe: verū eū obtalmus ut dicat ptises obtalmie. i. cōsūptionem oculoꝝ obtalmice. ¶ Propter tertiū aūt sciendum q̄ ptisis tertio modo prius dicta nō cōtingit a siccitate ut ipa: verū potiuȝ iuuat in facta cū exsiccet saniē ⁊ consumat ipius causatiuam. Neq̄ pōt tanta fortassis in pulmone siccitas fieri ut ea ipius soluat cōtinuū: tū qr qualitas passiua quod pōt frigiditas ⁊ maxime subsequentē motu vehementi ut tactū cuȝ sit actiua: tū etiā quia pulmo humectat phr̄ate suscepto. Receptaculū nāq̄ ipius Isaac: atq̄ ꝓpter catarros ascēdentes ⁊ descēdētes ꝑmo ꝑma. Modoꝝ vo duos priores ⁊ maxime ꝑm siccitas pōt causare cū simile simili adiungat incitatū ad furiā ita ut effi ciat tanq̄ ignis in igne. vel dicendū q̄ siccitas causat ptisim: ly nonꝑmo consequenter tamē. Est nāq̄ ustio ipsā inductiua cū oīs prava causet eam cōplexio. Sed tussis ptisim inducit in diuisionib⁹: uel continuū spiritualiū soluēdo ⁊ confluxū san. inducendo aut catarrū in pulmonē cōcitādo ⁊ maxime q̄ō casu cōtinuoꝝ: aut acuitate ipm exulcerat: ⁊ marie corpe repleto: ⁊ aeris cōstitutione cholera p̄cēdēte ac hu. ¶ Propt̄ q̄rtū vo sciēdū ꝙ iā appareat qd dicendum ad primū visū. Ad secundū vo dicendū q̄ humiditas p se non causat ptisim nisi ꝑm q̄ fuerit conlecta humido catarroso uel caliditati aut frigiditati. Siccitas aūt sub a alias sola saltem nō cōmiscet taliter reumati. Ad aliud etiā apparet: qr siccitas phibet intendi: ne ad scissurā ꝓueniat ꝓpter pulmonem humectātia. Ad aliud dicendū q̄ autūnus non ledit ptisicos tū ratione siccitatis: imo magis iuuat ex parte saniei exsiccationis q̄ȝ ꝓpter ipius inequalitatem Ad ea etiā q̄ alterius sunt partis apparet.

¶ Differentia. 194.

Quod lac non competat ptisicis oīdit: qm̄ ꝑm veteres lac prauuȝ sticulosis ⁊ suspensā habētib⁹ hypocōdria sed huiōi sunt ptifici. sitiunt. n. ꝓpter inflāmationeȝ febrilē ac saniei serositatē admodū: ⁊ quo viscera sus pendunt omittentib⁹ prandiū: secūdo re. a. ita ⁊ his ꝓpter consumptionē. Itidē: secundo secūda vnuersaliter lac nocet debilia habentibus capita. Tales autēȝ sunt ptisici. vnde Des. Expositi ut cadant in ptisim sunt cerebrum habentes debile. Rursus cum ȝ. sint in lacte substātie ut monstratū differētia. 148. aquosā videliceȝ butirosa ⁊ caseata. Rōne quidem nullus istarū competit. Non quidē aquose siue ponat calida cen alg sēsere: qui tūc febulis augmētabit discrasia seu frigida: quoniā si non erit mundificatiua absterſiua: sed potius sui frigiditate impillatiua. Neq̄ gratia ptis butirose cū sit calida vnctuosa inflāmabilis de facili. Unctuosuȝ. n. in febre est velut oleū in lucerna effusū: neq̄ etiā ex parte substantie caseate cuȝ sit frigida ⁊ sicca cōpacta ꝑm quid discrasiam adaugens: ⁊ opilationē cum difficili digestione causans. Adhuc lac cum vnū sit alterabilium maxime quinto ⁊ sēptimo de ingenio: moꝝ enim corrumpit extra vasa factū non competit ptisi que grece similiter corruptionē importat. Et sulcit: quoniam incidens ventrē frigidū permutat in acetositatē. caliduȝ vero in fumositatē ⁊ amaritudinē: aphousmorū quinta: ⁊ pharmacoꝝ quarto. Sed ptisic⁹ ventrē habet calidū inflāmatū ꝓpter febrē. Amplius ibidem: Estimoq̄ si lac posset gustari cū fuerit digestū in ventre ac venas foret dulcus mellis sapore. mel autē ponit calidū ⁊ siccū in secundo gradu: ⁊ ideo ꝓ uenitin cholerā conuerti: ⁊ maxime in ignitis apparens naturaliū secundo. In dietis ⁊ vniuersalibus. Sapoꝝ: dulcis quo amplius ꝑm Ga. omni re participat ca. ponit ⁊ siccuȝ in secundo gradu: quod autē tale infestū est febri ac consumptioni: non itaq̄ lac competit in ptisi. ¶ In oppositū aphorismoꝝ gnta Lac conuenit in ptisicis ⁊ ꝓpie febrientibus nō valde. Palin: Ibidem vniuersaliter lac bonū esse dico indigentibus bono ⁊ facili nutrimento. sed ptisicus hoc indiget cum sit consumptus ⁊ difficile nutritus. Eti: Lac precipit in ethica exhiberi: de quo min⁹ ut apparebit videbit: imo eradicatoꝝ existit: ⁊ ꝓpie lac asine quarto prima. sed ptisicus est omnis huiusmōi differentia priori. lac itaq̄ cōfert ptisico. ¶ Propt̄ primū vero sciendus q̄ quid lac ⁊ quomodo distinguat ⁊ similiter ptisis: ostensū differentia. 148. Nosce tamen q̄ lac differens hic expedit ꝑm diuersas intētiones. Cū enim plus intendit ulceris absterſio ⁊ expuitio lac competit camelinuȝ: ⁊ postea capralinū: consequēter vero asininū. Ipm. n. ꝓpter facileȝ eius penetrationē subtilitate cōueniēs extat. Si vero sigillatio querat amplioꝝ nutritio ⁊ ventris cōstāta lac erit vtile vaccinū. si autē equalitas ⁊ temperamentū caprinū. Si quoq̄ cū his ꝓprietas expetat mulieb⁹. ipm. n. pre ceteris familiarius extat. ⁊ maxime cū sugit ote a māmis ꝑm perdicū ⁊ Euriponta 7. de ingenio ⁊ tabe. Oportet etiā animal alijs nutriri cū intendit saniei ulceris absterſio puta isopo ptimo absynthio polio scea feniculo ⁊ abrotano ⁊ laticinio quādoq̄: ⁊ tunc lac conuenientius vernale atq̄ alteris. Cum expedit consolidatio ⁊ ulceris cicatrizatō ceu rubotāno salice spinis myrtho quercu virga pastoris vtroq̄ psolatro tarapsathon ⁊ simlibus: ⁊ tunc lac laudabili⁹ post estatis erit medium. Sit etiā animalis iuuenescentis: nec omnifariā ptui ꝓpiqui: neq̄ remoti sumātur etiā vētre vacuo: neq̄ quicq̄ȝ comedat. donec fuerit digestū: ⁊ reliq̄ quidē hic obseruent precepta ¶ Propter secunduȝ vero sciendū aliquos hesitasse lac ptisicis exhibere febrilē iporuȝ inspicientes discrasiā: ⁊ catarrū augmentatū inde cum exhibuerint aliquādo. sed quid de hoc tertio ⁊ quarto apparebit dicendoꝝ. ¶ Propter tertiū vero sciendū q̄ lac competit in ptisi quibusdā ostensionibus ꝑmissis: puta quod non sit catarrus in fluxu: sed iam sedatus: nam ipa non parū ꝓpter catarrum stillātes in pulmonē ⁊ hunc longitudine tēpor[] ulcerātē ac tādem saniātem: aliquādo quoq̄ ex ruptura fit artarie uel pectoris vene: seu substātie pulmonis cāu percussione onere grauioꝝ: uel alio cāta ut lepore marino qui venenuȝ extat super pulmone ipm corrodentē ac interdū ab empimate ut visū antea. In his siquidē vltimis casibus binis securius lac concedit q̄ȝ in prioꝝ. Nō sit etiā ptisicus febricitās multū uxta illud veteris: Cōuenit ptisicis febricitantibus non valde. Cum enim plurimū febriunt lac velocius alteratum discrasiā febrilem adauget: ⁊ ideo lac huiusmōi gratia exhibet acetosum quādoq̄ Non fluat etiā venter illius uxta illud: Malum et

quibus fellei fecessus: aut etiã sanguinis egestio plurima: lacte nãqz amplius irritat: ⁊ ideo hypogstidos admisceat eidẽ vel calibs cãdens extinguat in ipso: sicut etiã ei misceãt trocisci dyarodon ꝓpter ventris debilitatẽ ⁊ dragagantũ ꝓpter sitim quãdoqz. Nõ sit quoqz capitis debilis dolorosi: eo enĩ maius iacturet nocumentũ ꝓpter effumationẽ ad ipm. Neqz absint hypocondria turrugitantia suspensa vel ex illis quibus lac fastidiũ inducit ⁊ lesionẽ prius. Cum enim ipm video ⁊ maxime cũ pane comestus ad vomitũ stimulor. ⁊ ideo secundo secunda: Lac cũ corporibus ꝓportiones habet: quarũ cause nõ comphendunt. quãplurimis aũt confert non parũ. vnde qnto de ingenio: Lac in ista passione optimũ est ⁊ non inuanũ laudatũ ⁊ maxime muliebre. Illud enĩ elegerunt antiqui. est enĩ nature cõsimilio humane. quod aũt ꝓferat stabrij extat ꝓcipue castri in cãpania existẽtes Rome mari vicini: cui siquidẽ aliqd mellis immiscebis si eius caseationẽ timueris in vẽtre petisqz absterssionẽ vehemẽtiorẽ: quod si vis ut citius descẽdat ⁊ ventrẽ aperiat parũ salis ⁊ zuccari in id iacias. vñ tertio decima de lacte: Conuemẽtius ẽ mulieris sũptum ex mãmis: deinde lac asine ac caprinũ ꝓprie ꝓpter stipticitatem que est in ipso sicut equi ꝓpter mundificationẽ ⁊ facilem expultionez: quod rõne firmat: quoniã illud qõ remouet omnes fere ptifici defectus confortãdo etiã virtutem ipsius competit sibi: huiusmõi vero est lac. Ipso nãqz indiget ꝓpter sanẽ mundificatione ⁊ absterssione quod lactis substãtia operat aquosa: cum talis existat virtutis adeo q ventrẽ dictũ est leuiter emollire. Indiget etiã ꝓpter consumptionẽ abiectione facili ⁊ bona. Id aũt ut inductũ substãtia operat butirosa caliditati attinens ⁊ humiditati: vbi rõ conseruat alimenti. Similiter illi opus est cõsolidatione ac vlceris sigillatiõe quas caseitas sua opatur frigiditate ⁊ siccitate tempat stipticitate. vnde ℣es. Lac cõgregat intẽtiones tres. ẽ enĩ res cibalis ⁊ dilecta nimis ⁊ ex rebꝰ que sũt velocis ꝯuersiõis ĩ sanguinẽ. Est. n. san. bis coctꝰ. Extat ⁊ medicamẽ absterges vlcꝰ serositatẽ ꝟtute ac resipz ꝟtute caseitatẽ ꝙglutinãs. Id sũmũ nãqz octo reperiunt in lacte ptificis conferentia. Est enim facilis digestionis assumptionis bone digestionis cite penetrationis ⁊ ꝓprie camelinũ equinũ ⁊ asininũ bone nutritõnis. vnde Byas. Bonos nutrit bu. Chimorum etiã apud. A. cõtemperatiuũ humectatiuũ consolidatiuũ ⁊ sufficienter lauatiuũ absterssiuũ. Competit igit lac ptificis nõ parũ. sed circa id euenit dubitare: quia dictũ aquositatẽ lactis mundificare ac absterssere quod medicine calide actus existit simpliciũ quinto: differentia vero. 148. posita est frigida. Dicendũ q aquositas lz sit frigida: quandã tamẽ serositatẽ ⁊ acuitatẽ absterssiuã acquirit p longũ iter calefacta quo graditur ad pulmonẽ cũ subtilis sit substãtie imꝑssionis leuiter susceptiua cuiuslibet. Substãtia. n. subtilis citissime pmutat: aut cũ sua frigiditate aquosa quiddã habet acuminis in dictis particularibus. ¶ Propter quartũ vero ad primũ dicẽ dũ q ptifici qui non febrũt fortiter non multũ sitiũt Sitis etiã magis contingit ꝓpter inflãmationẽ factã in humoribꝰ ꝓprie cholericis qz in mẽbris: qõ ostẽdũt ethici siticulosi minime: neqz serositas sanguinis est tanta q eos siticulosos reddat. Celeriter etiam transit p partes in quibus sitis habet causari nõ causata in eis etiã vere. Suspendi etiã viscus dupliciter dicit. Aut quia sit pendens decursuz ꝓpter tumorem grauantẽ ⁊ opilationẽ ut hic: aphorismoꝝ quarta. viscus accipit suspensuz: ⁊ in tali lac non congruit cum ipm suspendat ⁊ opilet amplius. Vel quoniã inheret vehementer ei cui copulat ⁊ sic sumit suspensum secundo re. a. ⁊ in huiusmodi lac non denegat: verũ potius concedit ut extendat ingressionẽ vbi quidẽ inductoꝝ impediat. Ad aliud dicendũ q ptisis si sit catarralis causata capitis debilitate nisi cerebro confortato ⁊ catarro qetato non lac sicut ptactũ cõcedẽdũ. Ad aliud dicendũ q lac congruit ꝓpter omnes eius ut declaratũ subas: non. n. substãtia aquosa est calida: verũ magis frigida: dicta. 148. Exhibet etiam febricitantibus ipis valde. ostensum similiter q licz sit modicũ frigida calefit in via pueniẽs ad pulmonẽ ut valeat absterssere. Concedit etiã pars butirosa cũ parũ sit calida dũ se. vehemẽs non existat. Contempat quoqz caseitate: neqz ea tanta ptipat frigiditate ac siccitate ut noceat cũ alijs cõmensuret substantijs: neqz sũt ptifici opilatõi expositis. Ad aliud dicẽ dũ q lz lac faciliter pmutet: exhibitũ tamẽ ⁊ cõmixtũ rectificantibus ut ostensũ temperius sistit alteratio: Neqz in ptisi est corruptio humoꝝ aut totꝰ. Neqz similiter dat cũ venter ⁊ alie nutritionis partes fuerint distempate qẽmultũ. Ad aliud dicẽdũ lac in venis lz reddat dulcius acquirẽs saporẽ in ipsis dulcẽ velut q mellis: nõ tñ cõplexionẽ eius oio ⁊ maxime cũ substantia resistit caseata. vnde fortassis id verus extat de pte butyrosa siue reliqs. Sapor etiã dulcis nõ est calidus ⁊ siccus in secũdo gradu nisi respectu cõplexionis põderis: sed tẽperatus magis relatione tempamẽti iusticialis. Et ad vnus qdẽ ꝓducta precedũt cũ se. fuerit intensa: quare tũc negatũ id dare verũ quando fuerit remissa quod ipsius per cibos ⁊ medicinas quãtũ possibile remittẽdo ut lactis ptisi cus assumptioni reddat dispositus: que aũt alteriꝰ etiam partis inducta: quãtũ conuincant sufficienter monstratum.

Presentis quoqz q̃siti occasione hesitat an zuccarũ rosaceũ cõpetat ptificis. Laudatũ n. extat vehement ut lac ptactũ. Et videt q nõ: quia ptifici egẽt mũdificatiõe saniei ⁊ eductione ꝓpa vo forti educit medicina cũ mã cõtineat ĩ pectore ⁊ pulmone. vnde qnto de ingenio: Medici pectus ⁊ pulmonẽ a saniei mũdificatõne volẽtes dãt fortissimã medicinã incisiuã videlz. zuccarũ vo rosaceũ nõ est huiõi: verũ potꝰ oppositũ. Amplius aut nouũ exhibet aut antiquũ: non quidẽ nouũ: q: solutiuũ ventris qõ hic timet ⁊ absterssiuus ita ut fluxꝰ inde timeatur san. neqz antiquũ cum exsiccet ⁊ vias p quas fit eductio materiei coangustet saniẽqz ipellit. Rursus cũ id sit siccũ saltẽ ptialẽ discrasiã siccã augmẽtabit febrilẽ. Cui Hip. docet resistẽ cũctis febrientibꝰ dictã humidã exhibẽdo. Itidẽ: Frigidũ hoc ipm: frigida vo pectori inimica: aphoris. quinta. cũ oĩa ea sint ꝑ cie indifferentia velut alba in topicis. Adhuc si non cõpetunt simplicia: neqz cõposita. Esse nãqz ⁊ vigorẽ recipiũt a simplicibꝰ. lz simplicia ut zuccarũ ⁊ rose nõ cõpetũt: cũ vnũ calefaciat deficcet ⁊ abstergat fluxue ut zuccarũ: reliquum vo deficeet stipticet ⁊ humidũ cõsumat ac expmat ut rose. Nõ igit zucca-

rū rosatū cōperit in ptisi. Oppositus vo sapiunt ut aparebit ꝗplures. Amplius id competit in ptificis quod eis cōuenit grana medicine ⁊ cibi. tale vo est zuccarū rosatū cū sit frigidū alteratiuū mala discra sie habitudinalis ppter rosarū dñuz ⁊ nutritiuum marie ppter zuccarū. Eti: Mundificat ⁊ abstergit ppter zuccarū q̄ idigere dictū ptifici. Cōpetit itaqz zuccarū rosaceū in ptisi. ¶ Propter p̄mū quidem sciendū q̄ zuccarū est duplex. qōdā. n. est arūdinis aliud dictū allusar ab. A. ⁊ ē māna cadēs sup allusar qō ē lignū leue grossū rectū pulchrū. Cui cātinelis crura ⁊ brachia assimilant dñaz. zuccarū vo arūdinis sumit ex meditullio cāne cuiusdā: cui⁹ nodi sunt ppinq cāne dore similate q̄ reponit i vase. Et q̄ tūc distillat: inde liquor est subtilior dulcissimus q̄ mel dicit cāne admodū quo ex vuis humiditas effluit nō calcatis: deinde fit huiōi cānarū decoctio ⁊ qui primo inde post infrigidationē coll'r zuccaz ē puz albissimū taberzeth⁹ ceu caffiti dictū: deide decoqtur secūdo ⁊ exp̄mit: ⁊ fit panis inde dictus zuccari: deinceps vo tertio inde puluis cōsurgit citrin⁹ zuccari decoctione tā colore intēdit. Rosaceū vo dicit a rosis: quaz q̄dā sunt domestice ⁊ alie siluestres. ⁊ harū q̄dā albe: nō nulle vo rubee. Albe qdē rubeis frigidiores minusq̄z sicce ⁊ solubiliores: rubee vo confortatiores: ⁊ ipe quidē recentiores soluunt: antiqores vo constipant: viole vo ecōtra: Cui⁹ qdē cōstructio Recipe rosas albas uel ru. ⁊ expālas sup tabulā in vmbra donec resoluat supfluū humidū ipārū: ⁊ sint aptionis medie: teranq̄z ac in vas ducant lapideuz deinde p̄iciat sup eas zuccari taberzeth triplū sui pōderis: ⁊ ponant in vase vitreato ⁊ obturet os ei⁹ cū pgameno: ⁊ exponat soli trib⁹ mēsibus cōtinue se pius agitādo deinde remoueat a sole: ⁊ seruet. quidā vo faciūt illud cū imaturis qō magis stipticū inueni. Sunt ⁊ alig q̄ nō terunt eas: sed fortificib⁹ incidūt ⁊ manibus fricāt easdē fricatione vltima: deinceps ut prius exponūt soli. Eius aūt quoddā ē nouū qō hz infrigidare ⁊ humectare ⁊ marie cum frigida sumptū abstergere ⁊ cōsolidare. Aliud antiquū cui⁹ est exsiccare stipticare ac ꝛsolidare. Est ⁊ mediū qō mediocriter opat. ¶ Propter secundū vo sciēdum q̄ aliqui dixerūt zuccarū ro. ptificis nō cōferre. Et mouebant q̄ plures nō testent id auctoz ⁊ rōnibus ptactis silr cōcitati. Sed q̄ hoc non valeat tertio ⁊ quarto mōstrabit dicēdoz magis: qō. n. qs nō tetigerit ipm aut euenit: qz breuitate gaudet cū eius exhibitio longiorē expostulet p̄monē. Aut fortassis qñ ipius expientiā nō p̄cepere cū medicine quotidie inueniant empyria. ¶ Propter tertū vo p̄mu⁹ ostēdat q̄ zuccarū cōfert rosatū ptificis. Et demū tempus ⁊ modus administrationis tangat. ¶ Propt p̄mū quidē huiōi sciendus q̄ vnū de marie cōferēti bus ptificis ē zuccaz ro. vñ tertio decima. Ex eis q̄ multoties sum exptus in corporib⁹ diuers⁹ ⁊ regionibus diuersis ē ut vtaf pane cū zuccaro rosato recēti sin anni oī die quātū pōt ꝗjuis multū sit. Et si ei⁹ an guster anhelitus ppter exiccationē rosarū dēt ī potu syrupus de isopo uel de papauere ad quātitatem necessitat. Et si inflāmaf se. dent in potu trociscī de comphora ⁊ nō itermittat hec cura qñ sanat. Et iō si nō timerē dici mendax narrarē in hac intētione mirabilia ⁊ referrē sūmā q̄ vsa ē mulier ptisica. Peruenit nāq̄z res eius ad hoc ut egritudo cū ea plongaret adeo donec pueniret ad morte ut pparata essent que necessaria erāt moti. Et tūc frater eius quidaz surrexit ad ip̄am ⁊ curauit eā hac cura tēpore longo ⁊ reuiuiscit ⁊ sanata ē. Et sere sīle mihi contigit in q̄ dā adolescente. 30ar quoqz: Rectificabit cibus subtilitate ac meliozatione oiuz ciboz qui ē zuccaz rosatum cū pane facto sapient. vnde Mes. Ex rebus qdem mirabilis iuuamenti ad consolidationes ⁊ sanationes vlcez pulmonis est zuccaz rosatū recens ⁊ supza qō nō ptersit annus. Aggregat. n. in eo virtus abstersionis ex succo rosaz ⁊ virtus cōsolidationis ex pte substātie ipaz. Et Ga. p̄cepit dare zuccarū ro. singulis diebus in quātitate plurima etiā cū rebus medicinalib⁹ cibalib⁹ ⁊ potabilib⁹ ⁊ sm omnes modū administrationis ei⁹ ita q̄ etiaz cum pane. ⁊ plurimi vsi sunt eo post ipm ⁊ nō ē comphensibilis numerus eoz qui sanati sunt ex vsu eius. Et firmat qñ illud qō leuiter mundificat abstergit consolidat ⁊ sigillat nutrit ⁊ cōfortat pficit eximie i ptisi. Huiōi vo est zuccaz rosaceū. rōne nāq̄z zuccari marie mundificat ⁊ abstergit ac utcumq̄z rosarū ⁊ maxime cum fuerit recēs. Ipis eni sup rē aliquā vis inest ablutionis. Ex pte vo rosarū magis consolidat ⁊ sigillat ⁊ pprie cū fuerit antiquū uel mediū. nutrit etiā rōne zuccari ⁊ aliqualiter ppter rosas: quaz aromaticitate cōfortat. Confert igit zuccarū rosaceū ptificis nouum maxime aut mediū ⁊ vetus suo mō. ¶ Propt secundū huiōi sciendū q̄ medici plerūq̄z errāt circa ptisis curationē eo q̄ volētes mūdificare sanies trā abstersiuis eā expurgantib⁹ vtunt ut sanguinis sputū denuo inducant. Peccat ēt ex pte alia q̄ stiptica expurgantia ut zuccaz rosaceū ⁊ marie medium uel vetus tribuūt: ⁊ pprie cū luto armeno ⁊ alia cū nondū pfecta sanies interuenerit mūdificatio q̄ māz amplius in pulmoné cōpingūt. vñ Mes. zuccarus ro. administrādū mūdificatiuis antecedentib⁹. fallunt n. vtentes ipo a p̄ncipio: dū mundificatio nō p̄cesserit. Oportet igit prius sufficienter plus abstergere: ac deinceps cōsolidare ⁊ sigillare: quoz p̄mū zuccarū ro. plerūq̄z nō valet p̄cipere ⁊ p̄cipue mediū ⁊ antiquū. ¶ Propter quartū vo ad p̄mū dicēdū ut apparuit q̄ oz vti nō parū ⁊ marie cū multiplicat sanies absersiuis portionib⁹ zuccaro ro. etiā receti ut lacte syrupis robub lohochat ⁊ electuarijs sm grad⁹ nō tamen q̄ non ipo tempore suo. Ad aliud dicēdū q̄ in zuccaro rosato etiā recenti pauca uel nulla ē vtus solutiua. Tollit. n. quodāmodo virtus ro. lauatiua ex artificio longioꝛ cōstructionis zuccari rosacei. neq̄z tāta. n. ipius abstersio q̄ sanguinis cursus faciat emanare: quod si timet vtendū medio: uel etiā antiquo qs pōt vti cū expedit pprie sigillare. Jam n. sanies ē coexpurgata. Ad aliud dicēdū q̄ zuccari ro. ⁊ p̄cipue noui pauca inest siccitas ita ut sit mai⁹ iuuamentū ipius rōne alioz q̄ opat ostensoz ꝗs lesio hui⁹ rōue: cuz etiā qñ id timet possit quis cibis ⁊ lohochath vti humidis ut apparuit p. A. Ad aliud dicendū q̄ frigiditas sua ē modica: que etiam tollit cuz longo itinere alterata in pulmone ptingat. Illa vo frida de qua sermo Hip. est aqua. Ad aliud dicē dū uel interemptione: aut q̄ non excedenter operantur simplicia hic eis ascripta ut inferant lesionez cū eo etiam q̄ possunt alijs corrigi.

Differentia.195.

Quod ventose in reten

tione mēstruoꝝ sub māmillis sint cū scarifi
catiōe applicāde oñdit qō Hip. indetermi
nate reliqt: qz in hac passione velut in alijs plurimꝫ
p̄cipit phlebothomia vlis: post eā vo p̄ticularis ac
localis subsequ habet eūatio q̄ scarificatione p̄ficit.
Adhuc qō māz eūat ꝛ diuertit ad loca opposita ꝑ
tit ī retētione mēstruoꝝ sicut in alijs p̄ceptū fluxib⁹
Id aūt ventose agūt scarificate qō nō faciūt simpli
ces cū sanguinē non educāt. Rursus aut ponuntur
cū scarificatonꝫ: ꝛ tūc habeā intentū: uel nō ꝛ ita tra
hendo ad ptē debilē receptiuā inducēt phlationē. in
ipam aūt maiaz: iuxta illud aphoꝛ. qnto: Mulieri
bus q̄bus ad māmillas san. cōuertit maiam signifi
cat. Neqz ēt attrahēt cū obstaculo penetratione ca
reant. Et fulcit qz: supposito q̄ san. cōuertaf ad mam
millas: recurret itidē grauitate retro cū auferf vento
sa. Palin: Vētosaz attractio p̄ficit a vacuo seu apō
Ba. cōsequētia qō euacuaf. ſz cū ponūf cū scarifica
tione ꝓpter solutionē ip̄aris maꝝ occurret vacuuz
uel ꝓña illi⁹ qō euacuaf cū vna po san. attractione
cōsequaf tūc reliquā. Itaqz sicie sunt cū scarificatio
ne sub māmis in rctentione mēstruoꝝ locāde. In
opositū fūt Viaticus ꝛ A. cū cōiter operānb⁹. Ad
huc in huiōi retentione non est intentio euacuatio
nis sanguinis ne virtus amplius debilitef fluxu pro
strata supfluo: veruz derivationis tm̄ ut in penuria
sanguinis cū imbecillitate p̄cipit vigoꝛis. id autem
euenit cū absqz scarificatione occurunt. Eti: Quod
retinet mēstrua sicut minoꝛi lesione meli⁹. Id aūt ē
ut apparebit cū sine scarificatione applicanf. In ea
n. p̄cidit doloꝛ nullus: igit vētose sine scarificatione
māmis supponēde. Propf p̄mū qdē sciendū q̄
vētose fūt instrm vtute vacui ex corpe aliqd attracti
uū qō qdem ex diuersis pōt materijs ꝓstrui. Cōius
tm̄ fit ex cucurbitis paruis rotundis. aliqn̄ vo ex vi
tro que fortassis eo q̄ solidioꝛ magisqz applicabilis
fortiꝰ attrahit. Interdū aūt comua eis simile opanf
ī3. de ingenio: q̄ spū ouis ptib⁹ applicanf minusqz at
trahūt q̄ p se iuxta Comelū cel. dicūf ponī respcū
ignitarū quoꝝ ouicijs aliquod cōbustibile applicaf
Aliqn̄ qdez alioꝝ penuria citan applicanf. Ventose
vo igne infite sūt vehementi⁹ euellētes. Et nosce q̄
aliqn̄ ventose ió carnes ad se cōtrahūt ut absqz ea ꝓ
fractura nequeāt separi: ꝛ ió que de cucurbitis tunc
laudabilioꝛes. possūt. n. pforari ꝛ forame aliquo il
lud obuiari. Ventosaz aūte q̄dam cū scarificatione
applicanf q̄ ptes cutis magis mūdificāt phlebotho
mia: pluſqz sanguinē subtilē q̄z grossū extrahūt: qui
bus aūte conferāt ac quib⁹ sint applicāde locis pam
plius edocent. Alie vo absqz scarificatione firmātur
qō multiplici venit de cā: Vt ut fluxus superexcedens
cōpescatur menstrualis supponunf māmis: Aut ut
apostema ꝓfundū ad exteriora deducaf ut medica
men ad ip̄m melius valeat peruenire siue ut apatis
materia ad ignobilius trahaf membrū nobilioꝛi vi
cinius: vel ut meatus pmaneat apertus: ceu collo ap
plicant in squinantia. Aut ut membrū calore depau
peratū earū calescat sanguine ꝛ spiritus attractione
frigoraqz ꝛ ventositates resoluant contentas ibidez
seu ut parūqz ad suū nālez reducaf locū a quo sepa
ta velut iguinis ruptura: vel ut tollaf opilo ꝛ lapis
cum ponunf iuxta Albucasim sup renes: seu quidez
ut doloꝛ sedef ut in colica magis opus ē ventosa ꝛ
vniuersaliter in omnib⁹ doloꝛib⁹ ventosisqz p̄cipue.
Aut ne mēbruz a suo remoueaf loco: ceu in ante tun
ctura: vel ut apostema medicef ventosum ꝛ frigiduz
Aut ut venenū sugaf exteriusqz attrahaf parti cū fue
rit illatū: quare post casū applicāf sanguisuge ꝓmo
quarta duodecima. ī3. ī4. de ingenio. Est aūte men
struum sanguis quis superfluus qui tempoꝛe deter
minato a muliere naturaliter emittitur. Omnio eni
nāqz fluxus innaturalis sanguinis p̄ter cū q̄ men
struoꝝ sexto de accidenti q̄ equidem cōius circa. ī4.
annos vsqz ad. 45. decurrit ꝑm uī cōplexiones diffe
rentes in amplius aut minus cū nō sit in rebus ma
terie applicatis terminū p̄fixū repire: ꝓmo de re. se
xto apparēs sanitatis tantudinē expedit notare. Cū
aūt is fluxus fuerit nālioꝛ ī fi. mēsis amplius lunaris
cōtingit. mēstrua. n. deriuanf a mense. quando aūt
naturalis reddit cin⁹ fluit aut tardi⁹. vnde lex: Mu
lier que bis purgaf in mense sana non extat: quibus
dā autē plurimis laboriosis ac viraginibus calida
inhabitantibus loca tarditus accidūt ita ut absolute
careant illis. Cōmuni⁹ aūt ꝑ qnqz fluūt dies: plus
aūt minusqz non parū. Est aūt māmilla instrumētū
generatiuū lactis q̄ cōponit ex artarijs venis neruis
ꝛ carne alba sēsibili. Sicut. n. epar factū ē purpureū
ut sanguis generef huiōi de uuamētis ꝛ theoꝛice q̄r
tio: ita ꝛ māmille caro ē alba ut sanguis in ea in lac
vlteri⁹ decoctū dealbef: ad quā quidē pueniūt arta
rie ꝛ vene a matrice ramificate a vasis in opposito
femoꝛis subiacētib⁹. Reuertunt. n. fursū ad māmil
las sicut ꝛ vene ꝛ artarie diuise a vasis ascēdētib⁹ su
p̄a furculā ramificatis descēdēdo coniungunf p̄dic
tis. Est aūt sacrificatio siue caraſſatio alis scarsatio
superficialis cutis incisio crebra: sicut phlebotōia vna
ꝓfunda. Nosce ſm Democritū ꝛ Gubasiū ei⁹ colle
gā q̄ ventose nō cōpetunt in passiōis initio: nec ple
thora manēte: vex cū plenitudo fuerit euacuata. ī3.
etiā de ingenio. Propter secūdū vo sciēdū q̄ ali
qui voluerūt sicias cū scarificatione apponere dicen
tes inde plenitudinē euacuari. Sed id nō valet: qm̄
melius esset dū pmaneret plenitudo p matricē pmit
tere ut libant: aut si dz euacuari cōueniētius p phle
bothomiā educere cū ip̄a ꝓpe plenitudinē euacuet.
nō aūt scarificatio. Et ió fuerūt alij dicentes q̄ ven
tose valent cū scarificatione: ꝛ mouenf ex inducto in
argutis eo q̄ materia currēs ad aliquod membrum
magis auferf qm̄ deriuaf ꝛ euacuaf q̄z qm̄ deriuatur
tm̄modo. qd autē bis tertio ꝛ ōrto apparebit dicen
dorū. Propter tertiū qdē sciēdū q̄ vētose debēt
sine scarificatione absolute poni. vm̄ viaticus. Vēto
sam supponam⁹ māmillis ꝛ erugam⁹ sine scarificatō
ne q̄qz ponunf ꝓpt ut natara a pte sui mot⁹ trahaf
sicut cū māmille supponūf ió ut cursus san. mēstrui
retineaf: qō etiam rōcinatio cōfirmat: qm̄ san. men
struus grossus ē ꝛ terrestris. qui aūt ꝑ scarificationē
educit subtilis aquosus. Adhuc superficialis ē san. q̄
caraſſatione educit cū circa cutē in venis cōtineatur
minutissimis. qui autē existit in venis que māmis a
matrice deriuanf est ꝓfundus ad quem nō sic valet
ventosarum attractio puenire. Rursus si ponāf cuz
scarificatione ꝓpter repletionē ip̄az cessat celeri⁹ va

eui necessitas quo facto destruit attractio. Cū ãt nō euacuat quid corpulentꝰ quod sine scarificatione cō tingit tãꝫ vacui necessitate vigorata fortius attrahit san. ꝛ retinet in loco ad qué attractiõe deuenit: itaqꝫ vẽtose sine scarificatõe ꝺ debẽt applicari. ¶ Propt quartū ꝺo dicendū ad pmū q euacuato vlis ꝛ particularis cõpetit qñ é plectonia. nõ aũt sic in ꝓposito cū nõ existat aut melius sit facta euacuare cū adsit ut ostensū est p matricé. Ad aliud dicendū é q materia nõ põt euacuari ꝛ diuerti cõuenienꝫ ut apparuit p scarificationé cū ea impediat attractionẽ vacui ne cessitate priuãdo. quõ autẽ vacuo pficiat attractio: dcta ostensū. 51. Ad aliud dicendū q diligẽs artifex cessabit attractione ad locū cū viderit phlationem posse gigni: neqꝫ san. attractus in mãmillis retinet: ut corruptus tãdẽ maniã generet cū corpe fluxu euacuato sanguinis coegẽs attrahat ad seipm cū nõ sit supfluus oño: neqꝫ intñ est carnis obstaculū q virtꝰ vẽtose nõ possit ad attrahẽdū qõ i venis ul' arterijs puenire. Et p ꝫ fulcimento qd dicendū appet. Sanguis. n. attractus nõ recurret retrorsū: verū tñ in reliquū disputitū indigẽs illo corꝑ. Ad aliud dicendus q ꝫ vacuū uel cõsequẽtia eꝰ qõ eũat pexistat ãplꝰ cū tñ san. attractus fluit tollit cõfestim molle illꝰ qõ attrahit ventosaꝫ replens attrahentẽ.

¶ Differentia. 196.

Quod in cura morbi q calidi cordis cõpetit calida mõstrat tertio videcima. Amplꝰ magategni. 3. Sic ea corpora cū siccis: humida cū humidis curare oꝫ. quare sitr calida cū calidis ꝛ frida cū fridis. Morbus aũt hic suppositus é calidꝰ. Itidẽ curãs sm veterẽ est virtus: medicꝰ vo illi⁹ minister: ipa quoqꝫ eiꝰ fulcit instro ut calore q intus é. hoc aũt pmanet calido ꝛ destruit frigido pcipue. Rursus spũs cõfortat p odorifera eo q bis nutrit. vñ. 3. ii. Laboret in syncopi cū eo qõ nutrit spñ ex odoribꝰ bõis: cuiꝰ náqꝫ p odoratricé é virtutis resũptio: aphoris. secũda. sed aromatica sũt calida cū odor effumali causet euaporatione: dcta. 155. ꝛ spiritus est radix cordis ut videbitur. Palin: Cor pre ceteris mẽbroꝝ opus é cõseruare ꝛ defendere cũ sit olum particularis pma radix vtutẽ illis demandãs mediãtibꝰ artarijs omnez: dcta 38. Oium etiã accidẽtiũ corpori occurrentiũ pmus cõcursus é ad cor tãꝫ ad basim vite. ¶ Des. de simplicibꝰ: ꝫ cõseruatio ꝛ defensio ut dicunt fit p sibla ꝛ nõ p cofrria cũ ponꝰ sint corruptiua. Calida quoqꝫ sũt cordi similia. cõplexio náqꝫ formalis ipi⁹ ca. é ꝛ sic. dcta. 25. Itaqꝫ in cura egritudinis cordis calidi frigidoꝝ nõ cõpetit administratio. ¶ In oppositus est cõis medicoꝝ sermo vsus frigidis discrasis cordis applicãs calida. Adhuc ois cura p cõtrariũ ꝛ in totidem ex equo gradu in tegni. Sed morbꝰ huiꝰi signatus é calidus. Rursus tertio. xi. In apate cordis calido pcipit infrigidatio pectoris niue ꝛ cãphore sup apa. Etiã cũ cor sit res corporis calidior ꝛ spiritus a quo pcedit pmo pma de cõplexionibꝰ membroꝝ si caliditate ipi⁹ nãli morbo calido addita calida sibi applicant incitatio fiet ad furiã ꝛ venit ignis in igne. Propter qõ in calide passiõis curatrice cordis nõ calida expediũt ꝫ frigida. ¶ Propt pmus sciẽdũ q qd sit cura: qd morbꝰ: qd calidus: qd ẽt cor suus ostẽsũ ẽ differẽtijs. ¶ Propter secũdũ ꝺo sciẽdũ q a plurimis supficiente ut audiunt medicorum ꝑmones ut morbis calidis cordis: ceu ꝛ reliquarũ ptiũ cõpetit frigida ꝛ mouẽt ex ptactus ꝛ pcipue cañ. vñ p cõtinetatẽ curatio: ꝛ qr morbi calidi plus fridis sũt mortiferi ꝓpter velocitatẽ ignei morꝰ Damas. in aphorismꝫ. tales aũt sũt marie q cordis calidi quoqꝫ defectus aliqualis tertio ꝛ q̃rto videbit dicendoꝝ Sed circa ꝓdictũ dubitare cõtingit: qm̃ collꝫ tertio: Febres q̃ sũt a phlate piculosiores sunt febꝰ cholere. Febris aũt phlatis est morbus frigidus: cholere ꝺo calidus. Ãdhuc morbus cũ disproportione particularũ circũstãtiarũ ꝑm veterẽ piculosior est ꝓportionabilꝫ sed talis est frigidus ꝛ nõ calidus cũ natura humana calida existat ꝛ hu. Rursus morbus ex natura magni detrimẽti mortalior est reliquo. Huiꝰ modi ꝺo q ex frigida cum frigiditas sic mortificans ꝛ paliticũ faciẽs: caliditaſ ꝺo nature amica: dcta. 61. Palin: Ita se ꝫ morbus frigidus ad calidũ ut tẽpus fridũ ad calidũ. sed in tpe frigido mortalior est morbus q̃ꝫ in calido phl'. ꝑma ꝓpter impropoꝛtionẽ pticularitatũ. Itaqꝫ egritudo frigida pestilens amplꝰ calida. ¶ In oppositũ qr ꝓnosti. scõ: Materie sanguinee ꝛ phlatice sũt minoꝝ malitie q̃ꝫ materie q̃ sũt ex genere cholere citrine nigre. ſꝫ phla est frigidũ cholera calida. Etiã simile cõtrariũ simili inertat ad furiã. est eni sicut ignis in igne. Hoc aũt i morbo euenit calido cum mã sit calidior natura. Itaqꝫ morbus calidus mortalior frigido. Dicendũ breuit q morbus aut é simplex. i. sine mã uel cõiunctus illi Siquidẽ primus ita morbꝰ calidus piculosior é frigido actuosꝰ eiꝰ qualitatis efficacia. Frigidus. n. minꝰ actuosꝰ: ꝫ plꝰ cõtrariet nature quod indicãt se. ethica ꝛ ea que senectutis ita ut decimo de ingenio: Expone in aquã frigidã cũ doceat ethicus in eum q senectutis tãꝫ amplꝰ viuentẽ deduci. Siquidẽ secũdo mortalior duplicit: aut rõne mollis materie ipius obtegentis calidũ innatũ ꝛ extinguentis: ꝛ ita morbꝰ frigidus plurimꝰ ꝛ interdũ calidꝰ sanguineꝰ é mortalior calido cholerico. vnde tertio subditur collꝫ febres phlaticas piculosiores fore cholericis ꝓpter grossitudinẽ phlatis ꝛ opilationẽ cãtam ab illo. vel rõne essentie morbi qõ duplicit euenit: aut q ab ipo pcedãt synthomata intẽsiora sensibiliora ꝛ dolor: nõ eni patiunt medicũ errare uel infirmũ peccare Isaac se. qnt. Et ita morbꝰ calidꝰ mortalior frido. uel qr ipius essentia plus vite pncipalis opponat: ꝛ tũc frigidus mortalior calido. Et ad vltimum morbi calidi plus frigidis sũt mortiferi eo q ipꝛoportionabiliter plures sũt calidi interimẽtes sui acuitate q̃ꝫ frigidi eq̃libet tñ nũero entiꝰ mortaliores sũt frigidi phl'. ꝑma. Ad pmũ igit dicẽdũ q febris phlatica é piculosior rõne quãtitatis materie aut lesionis quã causat in stomacho ut aiũt interficit magis. Ad aliud dicẽdũ q nã humana nõ é calida: sed tempata relatione tẽpamẽti ad iusticiã nõ põderis ut q̃ sitũ expetit: dcta. 341. Ad aliud iã apparuit ut sic. Ad aliud dicẽdũ q hoc verũ: sed plures morbi contingunt valde estate q̃ꝫ hyeme. ꝛ ió plures moriunt: non aũt iusta coparatione obseruata. Ad ea que alterius partis iã apparet: ꝛ ad primũ ꝛ ad secundum per solutionem quarti pꝰ. ¶ Propter tertiũ sciẽdũ q ꝫ in egritudinibꝰ cordis frigidis absolute cõpetãt calida: in ca-

lidis tñ non simplr ex pediũt frigida: sed ꝛ calida ille
lor remissiua: ꝓpter qõ ꝑmitus id ex tertio. xi. ostẽ
dat. secũdo rõne fulciat: ꝛ tandẽ ẽles cõpetant huic
medicine narref. ¶ Propter huiõi ꝑmũ sciẽdus ꝙ
cũ volum⁹ pmutare cõplexione frigidã audaces su
mus ad illud cũ medicinis calidis cõmixtis cordia
lib⁹. Sed cũ volum⁹ pmutare cõplõné calidã nõ su
mus cõtenti in frigidatiuis: q: sba ꝓpter quã cor crea
tũ ꝛ ẽ spũs effusus in ipo existit suba calida videlicz
innata nõ caliditate corpi nocliua. vñ cũ ipi supue
niat qõ ipa extinguat eo ꝙ nõ sit pmixtũ ex medici
nis calidis: ẽrũ ꝓpietas ẽ ut cõfortent calorẽ innа
tũ: qõ nõ totũ fit earũ caliditate: sed ẽt cũ ꝓpietate
absoluta affocata caliditati earũ: possibile ẽ ut no
ceat radici. ſ. spũi ẽzuis ramo cõferat qõ est corpus
cordis. Et iõ nõ inuenim⁹ sapiẽtes antiquoꝝ euacu
asse curatione malitie cõplexionis calide q̃ est in cor
de ꝛ ei⁹ quod ei accidit a pmixtione medicinarũ fri
gidarũ cũ cordialib⁹ calidis cõfidentes: si nã fuerit
fortis discernet inf infridatiuũ ꝛ calefactiuũ ut affe
rat infridatiuũ cordi ꝛ calidũ radicale spũi. vñ illi q
abstulerũt crocũ extrociscio cãphore ꝛ blasphema
uerũt ꝑmos trociscos cãphore reddiderũt pauci iua
meti. Et silr ꝛ eadẽ de cã ꝑcipit Ga. in cura emi
tritei aque hordei vtutẽ piperis admiscerí: ẽrto pri
ma. ¶ Propter huiõi qdẽ secundũ sciẽdũ ꝙ indica
tiones. 3. ꝓncipali⁹ hic oꝫ intẽdere. vnã qdẽ sũptam
a virtute: aliã a dispõne: tertiã a pte. Istarũ vo indi
cationũ ꝑma ecteras obnubilat ꝛ denigrat: de inge
nio. 9. marie i passione piculosa qõ gra dicit ephi
meraꝝ. ea nãqꝫ deficiẽte vana sũt oia q̃ cũ sit qd nã
le oꝫ ipaz: ceu nã p filia gubernare ꝛ ei mõ compu
gnare oi. Stẽio aũt a dispõne sũpta sui semp indi
cat ipi⁹ p cõtrariũ intentionẽ: p partẽ vo cor audio
ꝛ spiritus ei⁹ inatũ: videlz maxime ꝛ influentẽ q ve
lut eius radix dict⁹ existere. Dicaf itaqꝫ ꝙ in curati
one aut attendit ad vtutẽ: ꝛ ita cũ ipsa calidis pma
neat ac cõforẽt: ꝛ frigidis noceat i passione ciuo gra
quãtũcũqꝫ calida expedit calidoꝝ frigidis cõfracto
rũ administratio ꝛ maxie in corde cuz vita in de pce
dat. Est nãqꝫ ipa motus cõtinuus a corde in mẽbra
delapsus hic pficit calido ꝛ nocet frigido: q: spũs ſa
cror ipius ꝛ vtutũ lator taliter calidis afficit ꝛ frigi
dis. Agit ut sic op⁹ est ca lidis. Si aũt intueat dispõ
cũ ipa curari habeat p cõtriuz: q: oꝭ cura p huiõi
equali gra aut elcuatiõi ne pdat in via. Et ad vlti
mas egritudines vltime curationes sũt potentes ad
pfectionẽ: vltimeqꝫ replioni vltima expediat cũo: sic
nũqꝫ in passiõe calida ꝛ ꝑcipue cordis cõpeteret ca
lida: msi ex accidẽte fortassis cũ calidã intenderet in
ampli⁹ discrasiã. Si vo ꝓsiderek po puta cor rõne cu
re cũ ciuo cõplexio calida sit: ꝛ sic formalis nãlis ac
ẽt egritudinalis frigidis eget solũ. Ex pte quoqꝫ cõ
seruationis nãlis cõplexionis eget calidis cũ ipius
fiat p filia cõseruatio: dria. ii6. Si vo altera po itue
ak cõpositi ut spũs q ẽ sicut radix: tũc in passione ca
cordis eget calidis tẽperatis nõ excessiuis: eis nãqꝫ
celeriter resoluent. Est nãqꝫ alterabilissim⁹ qz ꝛ sub
tilissimus de distẽperãtia inequali. Subtilis aũt sba
plus recipit passionẽ ꝑmis febriũ ꝛ secũda eadez: q
ꝓpter de cã nõ administrãda sũt elate frigida ꝛ ma
xime cũ ei ꝛ ipius actui sint ẽria. Et his dispositus
pati celerrie raritate. Adhuc calida vtutẽ me⁹ me
dicinarũ ad cor faciãt puenire ut crocus oftẽdit. Sic
itaqꝫ ẽz rõne vtutis: tũ ẽt ex pte spirit⁹ ꝛ cõseruatio
nis cõplõnis nãlis eget calidis frigidis reptessis in
egritudine cordis ꝑcipue. Frigidis aũt ꝓpter dispositi
onẽ absolute ꝛ cordis reductionẽ. ¶ Propẽ hui⁹
mõi qdẽ tertiũ sciẽdũ ꝙ eoꝝ q̃ hic administrant q̃
dã sũt simplicia: aliq̃ cõmixta. Simplicia q̃dã agũt
a mã ut ouoꝝ vitelli brodiũ carniũ ꝛ vinũ: alia cõple
xione sicut zedoaria ꝛ sticados: q̃dã ꝓpetate: ꝛ hoꝝ
vo alia q̃ nõ educũt: alia vo ita educẽtes ut lapis la
zuli ꝛ armenus: q̃ aũt nõ ut hiacynct⁹ ꝛ aurũ: q̃dam
vo cõplone simul operant ꝛ ꝓpetate ut melissa ꝛ bu
glossa. ꝓpe q̃ in oi passione cordis vtutẽ hz mirabilẽ
fm oẽm ipius administrationis modũ ꝛ ꝓprie radi
cis cortex nõ lota. Nonulla vo iuuat deportãdo vtu
tem medicinarũ ad ipm: ceu crocus ꝛ muscus ꝛ cum
B alias ẽt habẽt naturas q̃dã ptes cordis ꝛ spirituũ
ꝛ stipticitate q̃dã ne dissoluant coadunãdo ut miro
balani ꝛ liliũ. Sũt q̃dã cordis cõfortatiua ne de fa
cili patiat a venenis sicut muse⁹ ꝛ doronigi. ꝛ vlr ois
res odorifera siue calida uel frigida cũ sit spiritui p
portionabilis ꝛ amica. Sũt ꝛ q̃dã cõposite ꝛ ille sũt
plures sicut tyriaca metridatũ dyamuscũ ꝛ oio ꝑfec
tiones in qb⁹ cũ aliis cadũt q̃dã metallorꝝ ut auruz
ꝛ argẽtũ ꝛ mineraliũ plima ꝑciosorꝝ q̃lia sũt ꝑfectio
nes de lapidib⁹ appellate inf ẽs nobiliores efficaciores
ꝛ tẽperatiores ita ut in omni cordis passione frigida seu
calida possit administrari ẽ illa quã cõstruxi: cuj⁹ effi
caciã morexhibita testat sensus: q̃ aliqñ ut ẽ admini
strat: interdũ cũ optimo vino ut muscatello uel alio
cũ opus sit celeriter virtutẽ cõfortare ita ut teraf in
vino. tũc. n. melꝰ a debilib⁹ sumif ac velocius pene
trat: aliqñ duab⁹ ptium uel pluribus uel medietati
zuc. ro. admiscef uel botogiati cũ virtus nõ sic fuerit
ꝓstrata ꝛ discrasia extiterit calidior. vñ in huiõi cãu
caueat simplex ipius hui⁹ vsus nimi⁹ ꝛ ꝓpe in illo q
fuerit subnliotis spũs ꝛ latorꝝ pororꝝ. cũ nãqꝫ celeri⁹
cogeret exalare cuius fignũ: q: corꝰ odorosum red
dit ꝛ in risũ cũ alicui deducit facie crebriore: vita ẽt
recedẽte: cui⁹ qdẽ hec ẽ pmixtio: Recipe succi pomo
rũ dulcũ dispũati fuci bugloſſe dispumati: ana. 3.
qnqꝫ: doronici corticũ citri florꝝ borragims ro. ru. be
en albi ꝛ ru. coralli: limature eboris ana. 3. 4. spodij
macis gallie muscate: karabe ossis ō corde cerui san
dalorꝝ ru. ana. 3. 3. seminis basilicomis folij myrtil
lorꝝ melisse coriandri cinamomi galange zedoarie
spicenardi ligni aloes minutatiz incisi aut conbusti
modi cũ croci oiz ana. 3. 1. oiz mirobalanorꝝ ana.
3. 4. berillorꝝ smaragdorꝝ hiacyntorꝝ sardomꝝ zaphi
rorũ granatorꝝ ana. 3. i. albarꝝ margaritarũ. 3. 3. au
ri argẽti limatorꝝ ana. 3. 2. ꝛ semis: ambre campho
re ana scru. 5. muſci. 3. fiat elz arte ꝛ igẽio oꝫ laudabile
Remedũ ẽt pmptũ ꝛ ꝓpe cũ qo allalos ibecillitate
factus loqꝰ ꝛ legis sacra fuscipiat extat: castoreũ ma
cis ꝛ crocus silr teranf cũ vino laudabili ẽt vi ore ap
to in id deducta. Sz circa ꝑdicta dubitare cõtingit
eo ꝙ dictũ sit cor ramũ existẽ spũm radicẽ cũ videa
tur ecõtra: q: spũs gñat i corde p motũ ipius ꝛ arta
riarũ cõfricationẽ generãs aut generato pfectius ꝛ
radicali⁹. Dicendũ ꝙ spũs inatus ẽ corde pfectior
ꝛ ꝓr cũ in vtute ipi⁹ cor sit fabricatũ cũ aliis huiõi
vñ cũ vigore ipius spũs cõstat fluẽs. Aut dicẽdũ ꝙ
lz generãs iquãtũ tale pfectius extet gñato: aliqd tñ

generato pōt aduenire quo ꝑfectius erit generante ceu ꝙ generās se hꝫ ut ante finē ad generatū. ipꝫ ät ut finis: ns aūt nobilior his q̄ ad finē physicoꝝ. 2. licꝫ eteni sit pīstātius agēs ut tra patēte tertio de aīa. nō tñ hoie pfectior pulex quē affugit pūctura. ¶ Propter ārtū vō ad pmū qd dicēdū tā visū. Ad aliud dicendū ꝙ sermo Ga. est i cura vlceris ⁊ carnis gñatione q̄ qdē cū fuerit humida minus ficcis oꝫ curari q̄ humida reputant: cū vō ficca ficcioribꝰ ut aegrat fiſſe illi qō depditū est. hic aūt ꝑmo é in alteratiōe cō plonis male. Aut dicendū ꝙ hāc oꝫ fiſſibus ꝓcurare in eo ꝙ opuſ sit cōplonē ficut mōstratū naturalē vbi cūqꝫ cōseruare. Ad aliud etiā qd dicendū apparet. Cōcessū. n. virtutē calidis vinificare tēpatis cū indi catio ut ꝑncipalior ſuſcipiat nō parū ab ea. Ad aliō ſimplr qd dicēdū appꝫ ostensū. Et hꝫ odorifera sint calida inq̄stū talia cum odor fit fumalis euaporatio causatiue nihilominꝰ ſubā in qua fundat ens ethero genea pōt frigiditate ꝑpriꝰ vigere ut rosa viola mu ſcus nenufar cāphora ⁊ ſandalus: pauca tñ aromati ca ſūt a dño frida. Silr quoqꝫ opū inq̄stū amaruꝫ aliqd caliditatis ptcipat. put aūt ſtupefactiuū fridi tatis plarimū: d:ia. 142. Ad aliud qd ét dicēdū appꝫ Virtutē. n. ⁊ ꝑpe in ꝑncipalioꝝ ꝑncipio expedit qd calidis vinificare tēpatis ut vitā ceteris ſbministrēt motu: ⁊ iō est vidē excellētes medicoꝝ plus ad calida declinare q̄ ad frida. Ex his ét qd ad ea q̄ ſūt alte rius ptis arguta pōt apparere: qm̄ hꝫ plm fmones videant ſonare ꝙ i paſſione cordis calida vtendū ſit fris: tñ audiēdi ut expositū p. A. ꝑcipue. Ad aliō qd dicēdū mōstratū. Ad aliud dicēdū ꝙ frida exterius apposita nō pāt ad cor deuenire ſic calefacto niſi pꝰ i medio aliquā recipiat alterationē ad calidū. ſecꝰ ät ſi intus admīstrarent. Aut tāq̄ i caſu deſpato potꝰ dispositionē inſpexit q̄ virtutē ut ſic fortē. Ad aliud ꝙ calida q̄ admīstrant nō excellēter debēt eſſe ca'a hꝫ fridis cōfracta. ¶ Differentia. 197.

Quod in apostemate

